quaeso vos iubete me, ut aliud quamvis paradoxum
credam, id nequaquam mihi persuadebitis nisi plus
ferreos vos, et marmoreos mihi probaveritis:
quoties ego te adversarie deprehendi tactum Musicae
dulcedine attonitum aut vel celasse aliquid cogi-
tantes, vel te in hac terra teneri ingemisceres: vidi
vidi saepissime frontem tuam aut errorum suorum ex-
asperatam negligentijs, aut tristitiae squaloribus ob-
nubilatam ad prima concrepantis Musicae praeludia
hilarescere et Divini amoris serenatam facibus
iucundissima oculis ad superna gratia elevatis
inter suspirantis faciei nebulas risum amantis
animi signum emicuisse, et te veluti in aestivis imbri-
bus exemplo obliquo radio, aut Iridis instare con-
cava nubes resplendent. Sic non ineptissime hila-
ritatis fulgore aperuisse te te quod si novum quendam
devotionis fervore sensisti, saepe animum tuum ten-
ctri facibus perstringit saepe commovit cum Musi-
cam invitus accusas? contra id quod sentis? adver-
sante animo? et prope eloquentia tua quae nescio
quo casu, contra solitam maiestatem, et ingenium
tuum mihi visa est languescere? noli, adversarie
noli per Deos immort. dissimulare animi tui sen-
sum noli in naturam tuam offerre, et Musicam tibi
non arridere profiteri cum scias ita ad pietatem
te longe maximum momentum fuisse, et in omni tri-
stitiae perturbatione iucundissimum et suavissimum
solatium: non idcirco tamen videar tibi, aut velis
etiam Aud: prohibere eos, qui exercitationis
causa forte ea a me ut laudi clara, et apertissima
impugnanda putaverunt, exercitationis ut arbi-
tror, causa; enimvero non solum eos aliqua vita

e-codices

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20297r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20297r)